

S. ROBERTUS BELLARMINUS SI  
S. R. E. CARDINALIS, DOCTOR ECCLESIAE

**AD QUOS ELECTIO  
SUMMI PONTIFICIS PERTINET,  
SI CARDINALES NULLI ESSENT**



CRACOVIAE 2017

[www.ultramontes.pl](http://www.ultramontes.pl)

**DISPUTATIONES**  
**DE CONTROVERSIIS**  
**CHRISTIANAE FIDEI**  
**ADVERSUS HUIUS TEMPORIS**  
**HAERETICOS**

---

AUCTORE

S. ROBERTO BELLARMINO

E SOCIETATE JESU, S. R. E. CARDINALE

---

QUINTA CONTROVERSIA GENERALIS  
**DE MEMBRIS ECCLESIAE**  
TRIBUS LIBRIS EXPLICATA

---

LIBER PRIMUS  
**DE CLERICIS**

## Caput X.

### **Ad quos electio summi Pontificis pertinet, si Cardinales nulli essent etc.**

#### *Octava Propositio*

"Si nulla exstaret pontificia constitutio de electione summi Pontificis; vel casu aliquo omnes electores a jure designati, id est, omnes Cardinales simul perirent, jus electionis ad Episcopos vicinos et Clerum Romanum pertineret, cum dependentia tamen aliqua a Concilio generali Episcoporum".

In hac propositione non videntur omnes convenire. Quidam enim existimant, secluso jure positivo, jus eligendi devolvi ad Concilium Episcoporum, ut Cajetanus tractat. de potestate Papae et Concilii, cap. 13 et 21. et Franciscus Victoria relect. 2. quaest. 2. de potestate Ecclesiae. Alii, ut refert Sylvester verbo Excommunicatio, 9. §. 3. docet, ad Clerum Romanum pertinere jus eligendi in illo casu. Sed conciliari possunt hae duae opiniones. Nam ad Episcoporum Concilium pertinet sine dubio primaria auctoritas eligendi in illo casu; siquidem mortuo Pontifice, non est in Ecclesia ulla major auctoritas quam generalis Concilii: et si Pontifex non esset Episcopus Romanus, nec alicujus particularis loci, sed solum generalis pastor totius Ecclesiae, ad Episcopos pertineret, vel eligere successorem, vel designare electores: tamen posteaquam unitus est Pontificatus orbis Episcopatu urbis, immediata auctoritas eligendi in illo casu deberet ab Episcopis totius orbis permitti Episcopis vicinis et Clericis Romanae Ecclesiae, quod probatur dupliciter.

Primo, quia ab omnibus Episcopis vicinis et Clericis Romanis translatum est jus eligendi ad Cardinales, qui sunt quaedam pars Episcoporum et Clericorum Romanae Ecclesiae; ergo Cardinalibus deficientibus deberet redire jus eligendi ad omnes Episcopos et Clericos Romanae Ecclesiae.

Secundo, quia haec est antiquissima consuetudo, ut ex Cypriano supra ostendimus, ut Episcopum tam Romanum, quam alios eligant Episcopi vicini, praesente Clero. Nec unquam est auditum, quod Episcopi aut Archiepiscopi totius orbis convenirent ad electionem summi Pontificis, nisi in casu, in quo dubitatur, qui sint legitimi electores. Hoc enim dubium a Concilio generali explicari debet, ut factum est in Concilio Constantiensi.

---

Ven. Cardinalis Roberti Bellarmini Politiani S. J. *Opera omnia*. Ex editione Veneta, pluribus tum additis tum correctis, iterum edidit Justinus Fèvre, Protonotarius Apostolicus. Tomus secundus. Parisiis. APUD LUDOVICUM VIVÈS, EDITOREM. VIA DICTA DELAMBRE, 13, p. 434. (1)

VEN. CARDINALIS

# ROBERTI BELLARMINI

POLITIANI S. J.

## OPERA OMNIA

EX EDITIONE VENETA, PLURIBUS TUM ADDITIS TUM CORRECTIS,  
ITERUM EDIDIT

JUSTINUS FÈVRE,  
PROTONOTARIUS APOSTOLICUS

---

TOMUS SECUNDUS



PARISIIS  
APUD LUDOVICUM VIVÈS, EDITOREM  
VIA DICTA DELAMBRE, 13.

1870

## Notae:

- (1) Cf. 1) S. Robertus Cardinalis Bellarminus SI, Doctor Ecclesiae, a) [Compendium Doctrinae Christianae](#) ([Katechizm mniejszy czyli Nauka Chrześcijańska krótko zebrana](#)). b) [Catechismus, seu: Explicatio doctrinae christianae](#) ([Wykład Nauki Chrześcijańskiej](#)).
  - 2) Pius Papa XII, a) [Litterae encyclicae "Mystici Corporis Christi"](#) ([Encyklika "Mystici Corporis Christi", O Mistycznym Ciele Chrystusa](#)). b) [Enchiridion indulgentiarum](#).
  - 3) Codex Juris Canonici, Pius Papa IV, [Professio Catholicae Fidei](#) ([Wyznanie Wiary katolickiej](#)).
  - 4) S. Pius Papa X, [Jusjurandum contra errores modernismi](#) ([Przysięga antymodernistyczna](#)).
  - 5) S. Pius Papa V, [Catechismus Romanus ex decreto Concilii Tridentini](#) ([Katechizm rzymski według uchwały świętego Soboru Trydenckiego](#)).
  - 6) Urbanus Papa VIII, Benedictus Papa XIV, [Professio Fidei Orientalibus praescripta](#) ([Wyznanie Wiary dla chrześcijan wschodnich](#)).
  - 7) Sac. Josephus Papp-Szilágyi de Illyésfalva, [De electione Romani Pontificis](#).
  - 8) D. Henricus Maria Pezzani, [Codex Sanctae Catholicae Romanae Ecclesiae. Can. 26. Devius a fide catholica, haereticus, vel schismaticus eligi prohibetur in Romanum Pontificem; si eligatur nulla est electio](#) ([Kodeks Świętego Katolickiego Kościoła Rzymskiego. Kanon 26. Zakazany jest wybór na Papieża tego, kto odstąpił od wiary katolickiej, heretyka lub schizmatyka; jeśli ktoś taki zostanie wybrany, wybór jest nieważny](#)).
  - 9) P. Ferdinandus Cavallera SI, [Thesaurus doctrinae catholicae ex documentis Magisterii ecclesiastici](#).
  - 10) P. Dominicus M. Prümmer OP, [Manuale iuris canonici in usum scholarum](#).
  - 11) P. Christianus Pesch SI, [Compendium Theologiae dogmaticae](#).
  - 12) S. Alphonsus Maria de Liguorio, Ecclesiae Doctor, a) [Opera dogmatica. \(Ex italico sermone in latinum transtulit, ad antiquas editiones castigavit notisque auxit Aloysius Walter CSsR\)](#). b) [De Mariae gloriis](#).
- (Notae ab ed. *Ultra montes*).



( [HTM](#) )